Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Sermones "Dormi secure" de tempore

Johannes <de Werdena>

[Reutlingen], um 1483

[Handschriftl. exzerpierte Bibelverse]

urn:nbn:de:bsz:31-311751

B. X. 5, 2

Sub Fratris Caspari Vngeri Vberlingani custodia et potestate
Anno ab orbe redempto: Millesimo quingentesimo nonagessimo primo.

Deus mihi adsit
pro se positus
et post hanc uitam
miserijs plenam
mihi largiri dignetur
sempiternam. Amen.

Ex abundantia cordis os loquitur. Mat: 12. Luc: 6.
Sit autem sermo uester, est est, non non quod autem his abundantius est,
a malo est. Oculum pro oculo, dentem pro dente. Si quis te percusserit
in maxilla, praebe ei alteram. Et quicunque te angariauerit mille
passus, vade ~~[illegible]~~ cum illo et alia duo. Mathaei 5. Capi.

Exiguo enim conceditur misericordia, potentes autem potenter tormenta patientur. Sapien: Cap: 6
Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam. Sapien: Cap: 9

Sum quidem et ego mortalis homo similis omnibus: et ex genere terreno illius qui prior factus est, Et in uentre matris figuratus sum caro: decem mensium tempore coagulatus sum in sanguine, ex semine hominis: et delectamento somni conueniente. Et ego natus accepi communem aerem: et in similiter factam decidi terram: et primam uocem similem omnibus emisi plorans. In inuolumentis nutritus sum, et curis magnis. Nemo enim ex regibus aliud habuit natiuitatis initium. Vnus ergo introitus est omnibus ad uitam, et similis exitus. Sapi: 7. capi.

G. H. HOFBIBLIOTHEK KARLSRUHE